



卷之三

DRAGONBALL

ROTTAILA

THE DODGE

100

THE HOLY BIBLE

卷之三

BX2157

B6

1881


C. I

15580

45500

卷之三

009062



E

HEMET

tu
1.50



Torino f. 1^o Deyer.

OFFERTA AL SS^{mo} CUORE DI GESÙ

Io NN. per esservi grato e per riparare alle mie infedeltà vi dono il cuore, ed interamente mi consacro a Voi, amabilissimo mio Gesù, e col vostro aiuto propongo di non più peccare.

Chinque reciterò la detta offerta con cuor contrito consegnaio 100 giorni d'Indulgensa una volta al giorno; e la plenaria una volta al mese anfarsalo e comunicarlo, se la reciterò ogni giorno in tutto il mese.

Torino, presso Marietti Retro di C^o

SS. COR JESU

SACERDOTUM SANCTITATIS SPECULUM

UTE JESUS MISSIONEM IMPLEANT

AUCTORE

P. EMM. BOTTALLA

SOCIETATIS JESU

Editio II.



TAURINI

EX TYPÓGRAPHIA PONTIFICA ET ARCHIEPISCOPALI

Eq. PETRI MARIETTI

1881

45580



BX2157

B6

1881



Edicto sibi vindicat jus proprietatis.

FO
VALM
EZZ

Cum liber cui titulus : *Sacratissimum Cor Jesu Sacerdotum sanctitatis speculum*,
ut ejus missionem impleant a P. EMMAN.
BOTTALLA nostræ Soc. compositus, virorum
gravium et sapientum ejusdem Soc. ju-
dicio examinatus et approbatus fuerit,
quod ad me spectat, facultatem facio ut
typis mandetur.

Constantinopoli, 6 julii 1880.

P. FERDINANDUS FERRANTE S. J.

Provincialis Provinciæ Sicilæ.

009063

PROÆMIUM

Quamvis neminem lateat toti Ecclesiæ,
omnibusque indistinctim Christi fidelibus
sacratissimum Cor Jesu honorandum, aman-
dum et coléndum fuisse propositum, toti sci-
licet mystico Ecclesiæ corpori, quandoqui-
dem Cor ejus est qui est caput Ecclesiae:
tamen dubitare nemo potest quin speciali
quadam ratione ecclesiasticis et religiosis
viris donatum ac præ omnibus confisum
fuerit ab eo qui « eos elegit ut eant et
fructum afferant et fructus eorum ma-
neat (1). » Hi sunt absque dubio ecclæ-
siastici et religiosi viri, iique præ ceteris,
qui sacerdotio insigniti « ministri sunt et
dispensatores mysteriorum Dei. »

Quibus enim profecto Isaias dicit: « Hau-
rietis aquas in gaudio de fontibus Salva-

(1) Jo. xv, 16.

toris : et dicetis in die illa : Confitemini Domino et invoke nomen ejus : notas facite in populis adinventiones ejus : memen-
tote quoniam excelsum est nomen ejus (1) ? »
Sane inter presbyteros, sive sacerdotes sive religiosos, et populum fidelem, hoc est di-
scriminis relate ad Cor Jesu : illi quidem gratiarum fontibus præsunt, qui ex Corde
Jesu scaturiunt, et hujusmodi cœlestes aquas ex his purissimis fontibus hauriendi missionem habent, ut populo distribuant ; hic vero ex sacerdoturi manibus has gratiarum aquas recipit, quæ ut haustæ sunt, « fiunt in eo fons aquæ salientis in vitam æternam (2). »

Quæ quamvis ex inferius dicendis luci-
diora fient, voluimus tamen hic prælibare, ut omnes noscant qua de causa ejusmodi titulum nostro huic imposuerimus libello. Non enim fideles alios a Corde Jesu abi-
gere mens fuit, vel iis innumeris privare bonis, quæ ex ipso abundantissime effluunt ; sed ostendere præcipuas partes in his bonis, seu fruendis seu diffundendis, ecclæ-
siasticorum et religiosorum virorum esse,

(1) Is. XII, 3.

(2) Jo. IV, 14.

qui socii laborum et passionum ejus, par-
ticipes etiam præ ceteris sunt charitatis illius, quæ ut ignis ardens atque omnia comburens ubique diffunditur.

Igitur scopus hujus opusculi est: 1º ec-
clesiasticos quoscumque et religiosos viros hortari, ut majoribus quibus possunt viri-
bus, magis in dies magisque, amore ar-
dentissimo erga Cor Jesu ferantur, idque non solum verbo et lingua, sed opere et veritate : quo et dignitati suæ propriæ provideant, atque in se Christum ipsum præseferant, quod ejus ministri sunt et præcipua membra; 2º atque simul eos im-
pellere ut omnibus conatibus, omniisque qua possunt ope et vi contendant ad amorem hunc propagandum fovendumque in populo sibi subjecto, cum sciant nullum aliud esse tam efficax medium ad religionem tuen-
dam conservandamque, moresque popula-
rium reformandos.

Propositum nobis non est infinitam prope
rerum farraginem et ratiocinationum con-
gerere ; quæ pro volumine ipso legendi horrorem ingerat iis potissimum, qui la-
boribus quotidie distenti, vix vacua habent

momenta ad se his piis lectionibus recreandum, fovendumque spiritum. Alia sunt opera, alii sine numero libri, qui docte, fuse, lateque de Corde Jesu et de sacerdotum munericibus sermonem habent, quosque, pro otio sibi concesso, sacerdos per voluntare queat, ut ex eis argumenta non pauca ad populum in Christi amorem excitandum sumat. Satis nobis sit compendiosum quoddam opus ecclesiasticis religiosisque viris porrigeret, ut si fieri possit quotidie aliquid ex eo perlegant, atque inde vel motiva in Cordis Jesu amore proficiendi, vel praxim in iis operibus, quæ ipsis sunt propria, desumant.

Itaque duas partes hoc opuscolum continet, quarum prima rationes perbreviter digerit, quæ nos sacerdotes ad fovendam in nobismetipsis et in populo devotionem erga Cor Jesu et amorem compellunt vel disponunt; altera vera practica quædam exercitia evolvit, quæ vitæ sacerdotalis actiones omnes et ministeria sancta redundunt, atque apta ad missionem illam impletandam, quam a Christo receperunt.

Aliquas de Corde Jesu meditationes huic

opusculo addere mens fuit: sed quoniam inter scribendum jam volumen satis excraverat, prudentius opinati sumus rem hanc alteri opusculo esse committendam, quod, Deo juvante, serius ecclesiasticis et religiosis viris, prout otium aliæque curæ nobis sinent, præbebimus.

Faciat Deus, ut hoc parvum opus divino auspicio et ex ejus Filii amore incepsum, ejus pariter amore perficiatur, atque in ecclesiasticorum et religiosorum virorum perfectionem sanctitatemque vertatur; quo una omnes zelo atque amore in Cor Jesu elati magnis itineribus in cœlestem patriam contendamus.
